



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Cogitationes, Sive Considerationes Christianae Pro
singulis Anni diebus**

Complectens Januarium, Februarium, Martium

Nepveu, François

Monachii, 1709

Dies 11. De pœnitentiæ dilatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60495](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-60495)

inveniri nequeat post admissum peccatum ad cœ- Januarius,
lum pervenienti Præter viam pœnitentiaæ.

Si pœnitentiam non egeritis ; omnes
similiter peribitis. *Luc. 13. v. 5.*

Omnis iniquitas puniatur necesse est , aut
ab ipso homine pœnitente , aut à Deo vin-
dicante.

D I E S XI.

De Pœnitentiæ Dilatione.

I.

QUAM ob causam conversionem differt ?
estne ergo infelicitas ad DEUM rever-
ti, catenas suas frangere , libertatem suam
recuperare ? estne infelicitas inimico omni-
potenti, & irritato reconciliari , pœnæ , ei-
que æternæ se subducere ? Omnibus hisce
bonis privari, malis exponi ? & nihilomi-
nis deliberas , & pœnitentiam indies sem-
per differt ? anni non nisi momenta esse
tibi videntur ; quia metuis, ne citò nimis
adveniat fatale illud momentum , quod
iniquitatum , & servitutis tuæ terminus ,
libertatisque futurum est initium ; cùm
è contrario omnia momenta annuam tra-
here moram videri deberent ob sanctam
impudentiam nimiæ horum dilatio-
nis. Sanè meægeris, ut in justam injusti-

Me.

januarius, metus vindictam Deus eundem promovere.

II. An in eo peragendo nimia celeritate peccare potes, quod, nisi perire velis, necessariò præstandum? quodque, dum serio exequi statuis, ne unquam exequâre, periclitaris. Cùm vix Præsens tuum sit, si præsenti non uteris momento ad tuam conversionem, futurum tibi spondere certò non potes. Cras, ais, vitam meam in melius convertam. At à quanto jam tempore sic in craftinam Diem reijcis? quæ semper quidem oritur, nec unquam te meliorem experitur. Cras, inquis. At quis tibi promisit, fore, ut craftina Dies tibi luceat? ille, inquit S. Augustinus, qui veniam promisit peccatori pœnitentiam agenti, craftinum non promisit eandem procraftinanti.

III. At quis denique tuam te Conversionem tamdiu differe cogit? ejus difficultas, asseris; arduum est cæpta mutare, in rectam redire semitam. An nullus ergo in aberrando se labor obijcit? an nulla fatigatio in vijs iniquitatis ambulantes dixerat? an nulla occurrit molestia in explendis, nunquam satiandis passionibus, in durissima cupiditatum tyrannide, quibus se peccator in mancipium tradit? an adeò suave est

est jugum, seu mundi, seu dæmonis; qui ~~januarius~~.
ambo Domini sunt non morosi magis,
quam crudeles? an adeò dulce est sentire
perpetuos oblatrantis conscientiæ remor-
sus? nihilne tristitiae sentitur, dum Deo
te hostem opponis, ejus voluntati, ejus
gratiæ pertinax resistis? dum ejusdem in
te furorem provocas, ejusque in te inimici-
tiam accendis, qui singulis te momentis
damnare potest, si vult: & certò voleret, si
debitam præstare satisfactionem moraris.
Mutuò difficultates confer: quænam alijs
prævalebunt? an ulla hic inter has datur
comparatio? si subire aliquas est necesse,
an non satius est exantlare leves, breves,
mille bonorum feraces, quam non enor-
mes modò, & diuturnos; sed etiam peni-
tus infructuosos. Quid jam de his sentis?
quid ergo deliberas? quid cunctaris?

*Decerne serio cogitare de tua Conversione, etiam
hodie, etiam hoc momento, quo DEUS hujusc
rei tibi Consilium suggesterit, dic cum Propheta:
Et dixi, nunc cœpi. Psal. 76.*

*Non tardes converti ad Dominum, & ne
differas de Die in Diem. Eccli 5. v. 7.*

Christianò non est crastinum. Tertull.

C

DIES